



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Illud. A reservatis Episcopo toties, quoties, & à reservatis Papæ semel, &c.
parag. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

probentur ab Episcopis. Et ex alia parte semper presumendum est, Pontificem velle se conformare Tridentino in substantia Approbationis, ut num. 13. diximus, atque adeo etiam in Bulla.

quia sic unam recipis absolutionem. Idem per secundam Bullam, sed non tertio, ut dictum est.

§. III.

In Mortis Articulo.

§. II.

*Posit absolvi à reservatis Episcopo toties quoties,
& à reservatis Papa semel, &c.*

1. **Q**uo ad prius, nihil est, quod explicatio ne indigeat. Clara enim sunt Bullæ verba. Vide tamen mox §. 5. unum, quod hoc pertinet.

2. Quo ad posterius, hæc habe. Si à commissio delicto reservato Pontifici, V.G. per lectionem publicam libri hæretici de Religione tractantis, fuisti per Bullam jam absolutus, & deinde in eodem anno incidas sive in idem peccatum legendi publice librum hæretici, sive in aliud specie distinctū, occupandi V.G. publice bona naufragantium, non potes ex vi ejusdem Bullæ in vita absolviri, nec à peccato novo publice legendi, nec à peccato occupandi. Ratio est, quia Bulla non concedit, ut possis in vita absolviri semel à quolibet peccato Pontifici reservato, concedit enim solam unicam absolutionem in vita à peccatis Pontifici reservatis. Indigebis ergo tunc secunda Bulla, ea tamen lege, ut si tertio incidas, non tibi profutura sit tercia. Ita a Bardi cum aliis. p. 2. tr. 6. c. 1. sec. 1. Contra quem pugnat b Leander, dicens; esse probabile per unicam Bullam concedi, posse b Leandr. absolviri ab omnibus, dummodo ab unoquoque in specie semel tantum intra publicationis annum quis absolvatur. Certe id esse probabile, negare non possumus; quia hunc sensum facere commode postulant verba Bullæ; si attente legantur.

Dictum autem est (*publice*) nam de Pontificiis occultis dicam mox separatim §. 5. citat.

3. Ex eo autem, quod in nostra sententia Bulla semel dictam reservatorum Absolutionem concedat, sit, ut si in ea Confessione apertis singulis, vel plura peccata contracta ex pluribus aliis delictis diversis Pontificiis, pura occupatione Bonorum naufragantium, Percussione Cardinalium, lassione Immunitatis Ecclesiasticae &c. sit (inquam) ut possis ab omnibus simul absolviri per unam Bullam,

Si quilibet Sacerdos in hoc articulo potest absolvere à Reservatis, ut differimus late in Tractatu de Pœnit. quid emolumenū afferit hoc Bulla Privilegium?

2. Respondeo. Duo emolumenta. Alterum, quod Absolutio hæc potest conferri ab electo ex vi Bullæ, etiam præsente proprio ægrotantis Parocho, quod certe inservier pro illis, qui, ut ibidem vidimus, sustinent, tunc id non posse quilibet Sacerdotem.

3. Alterum, quod si tunc absolvatis ab excommunicatione reservata, liber eris ab onere præsentandi Superiori, quia electus per Bullam, jam est tuus Superior delegatus à Pontifice, à quo onere, quando absolveris ex universalī facultate concessa pro periculo mortis, liber nequaque es.

§. IV.

Excepta hæresi.

1. **Q**uamvis multi multa afferant, quibus probent, hæresim formalem externam (mea enim intetnam non esse Casum reservatum, alibi & diximus) saltē occultam, posse per Bullam Cruciatæ absolviri ex illo principio, quod ex una parte potest concessa Episcopis absolvendis ab illa, adhuc in ipsis, ex probabilissima opinione, remanet, etiam post Bullam Cœnæ, & ex alia parte, Bulla Cruciatæ concedit, posse absolviri omnia, quæ possunt Episcopi; Nihilominus cum propter ejus gravitatem hæresis Absolutio non veniat in concessione generali, ideo saltē hodie, ubi est Tribunal Sacrae Inquisitionis Hispaniæ, non possumus hujusmodi sententiaz adhærere; Id quod etiam alibi, puto, saltē consumendum. Ceterum, qui de hac quæstionatione late utrinque adductas cognoscere cū d Leandro, eas legat ab aliis fuse agitatas, præseruum Lc. 4. 39. Bardi, Trullench, Ludovico a Cruce cicatis à d Leandro. q. 18. 3. 2. Dixi autem signate (hæresim formalem) 39. id est,